



DISSE^TATI^O IVRIDICA^{19.}
DE^{16.}
RESERVATO

VULGO

Duiszug ¹⁷²⁷ ⁴¹

QVAM

PRAE^SIDE

IOANNE FRIDERICO
VVERNHERO D.

FAC. IVRID. ASSESS. EXTRAORD.

IN ACADEMIA VITEMBERGENSI

D. MAI. M DCC XXVII.

IN AVDITORIO JCTORVM
PVBLICE VENTILANDAM PROPONET
IO. FRIDERICVS GROETTNER
TORGAVIENSIS.

VITEMBERGAE

LITERIS CHRISTIANI ZIMMERMANNI ACAD. TYP.



DISSESTITATIO IURIDICA

DE

RESERVATO

ARTEO



MAVO

PRÆSIDER

ONNE E RIDERICO

AVERNHEDO D.

AC IARD APPES TTXTRAORD

IN VGDMLA ALTMERGENSI

IN VGDMLA ALTMERGENSI

IN VGDMLA ALTMERGENSI

IN VGDMLA ALTMERGENSI

O LRIDERICAS GROETTNER

LGRGAVIUS

NETMELER

Litteris Gallistriis Simmernensis Augst



CAP. I.

DE

NATVRA, CONSTITVTIONE ET ACQVISITIONE RESERVATI.

§. I.



Olenne admodum est uenditoribus, praesertim rusticis, prædia sua uel liberis, uel extraneis, uendituris, quo de alimentis, uel alio modo, ipsis prospectum sit, redditus quosdam annuos, eumque in finem aliquot frumenti modios, butyri mensuras, ouorum sexagenas &c. reseruare, quod referuatum uulgo einen *Auszug* appellant. Et id in his potissimum terris admodum frequentari uideas; nec minus crebrae sunt lites inde oriundae, ut thema hoc peculiari tractatione haud indignum, sed pariter mirandum sit, neminem ex interpretibus juris, quod mihi quidem constat, idem tetigisse. Potiora itaque capita hic paucis delibabimus, et, quamuis in uniuersum juris campum excurrendi occasio foret, rem tantum ipsam

BRAN

paucissimis, ita quidem, ut reliqua facile ex iis, quae a nobis afferentur, suppleri possint, expone re tentabimus.

§. II.

Variae species desfructus; ut aliquando cum usufructu, interdum cum usiu, quandoque cum habitatione, rursus cum alimentorum debito, denique cum censibus priuatis, conuenire videatur, et tamen suo modo ab omnibus iterum insigniter differat.

Quando
cum usu
fructu con-
ueniat.

Est uero hoc jus des Auszuges ita comparatum, ut aliquando cum usufructu, interdum cum usiu, quandoque cum habitatione, rursus cum alimentorum debito, denique cum censibus priuatis, conuenire videatur, et tamen suo modo ab omnibus iterum insigniter differat.

Cum usufructu tunc coincidit, quando uendor dimidiā, uel tertiam, uel aliam fructuum partem quotannis sibi reseruauit; id enim fieri posse, cum usufructus diuidus sit *juxta l. 5. ff. d. Usufr. uix est, cur dubitemus.* Reseruata itaque parte tali, reseruans, der *Auszugs-Mann*, usufructarius partarius recte appellatur. Quod uti eo casu, si pars ab ipsis contrahentibus determinata, scrupulo uacat, ita nulla partis mentione injecta, et reseruato hoc modo constituto: er volle sich einen Anteil von denen Früchten zum Auszuge bie mit vorbehalten haben, in dubio dimidia fructuum portio intelligitur l. 43. ff. d. Usufr. Et haec omnia tam in totius fundi fructibus, quam in usufructualicujus agelli sigillatim reseruato, obtinent; nam et saepius hunc utendum fruendum sibi reseruare solent uenditores. Iterum haud infrequens est, uaccam propriis uel emtoris sumtibus alendam reseruari, quo casu reseruans uel dominus, si ipsius propria fuerit; uel, si aliena, usufructarius esse, omnesque reditus lactis, foetus etc. ad ipsum pertinere intelliguntur. E contrario longe aliter se res habet, si pars fructuum quanta reseruata fuerit, v. g. 10. modii tritici etc. ita enim usufructus nullo modo dici potest.

BRVNN

BRVNN. ad l. 58. n. 5. ff. d. Usufr. Quia iste nullis certis limitibus et quantitatibus adstrictus est, uerum re utendi fruendi facultatem illimitatam, seu absque mensura, praestat.

Vsui, vel potius alimentorum debito accedit reseruatum, si generaliter, nulla plane facta determinante, reseruatio concepta: *er wolle ihm das Guth so hoch verkauffet, zugleich aber einen Auszug darinnen sich reseruaret haben.* Siquidem, ubi, quid sub hoc reseruato intellectum partes uoluerint, ex circumstantiis colligi non potest, tantum ex bonis uenditis sibi reseruatis emtor uidetur, quantum ad necessaria uitiae subsidia ipsi opus est. Et Judex deinde uel ex priorum annorum praeestatione, uel qualitate uendoris et bonorum uendorum, quid, quantumue praeftari debeat, diuidicabit; idque argumento eorum, quae DD. de alimentis indefinite relictis trahunt, inter quos BRVNNEM. ad l. 22. n. 1. 2. ff. d. alim. leg. et l. 5. n. 7. et 19. ff. d. agn. et al. lib. Sed praeterea, uel maxime ad pretii quantitatem respiciendum esse, ipsa ratio monet, ne emtor, qui iustum iam fere pretium exsoluit, nimium oneretur. Imo, iusto iam fere pretio exsoluto, uix alia coniectura capi potest, quam, uel solam habitationem, uel ad summum alimenta, admodum modica, fuisse reseruata. Et in primis, si reservatum ad aedes restrictum: *er wolle sich in dem Hause einen Auszug etc.* sola habitatio intelligitor. Cum uenditore autem emtoris patre, si huic aliunde non sit, ut uitam sustentare possit, aliquanto largius ageare, et naturalis pietas, et benefactorum, a parentibus in nos collatorum, magnitudo inbet. Neque his, quae diximus, obstant l. 94. ff. d. V. O. 18 l. 7. ff.

comm. praed. it. l. 56. §. 3. ff. mand. ubi ita incertitudo
damnatur, ut, illa interueniente, nihil actum indice-
tur; talis uero incertitudo tum maxime adesse videa-
tur, si partes, quid quantumue sub hoc reseruato in-
telligent, non expresserint. Incertitudo enim tum
solum obstat, quando neque ex circumstantiis, ne-
que consuetudine loci, neque intuitu personae, ne-
que aliunde certum elici potest. BRVNN. ad l. 17.
C. mand. quod cum ratione alimentorum et annua-
rum praestationum longe aliter se habeat, l. 14. ff. d.
ann. legat. neque hic incertitudo obstatre potest.
BRVNN. ad l. 30. ff. d. leg. 2. et l. 12. §. II. C. Facit in f.
Ex ipsis itaque circumstantiis, si praedium, quod om-
nes facultates exhaustur, uihori forte pretio consti-
tuto, alienatum fuerit, nec istud ad alimenta suffici-
at, non parum, quam dedimus, uoluntatis conie-
cta iuuatur. His ita expositis, iam facile consta-
bit, cur alimentorum potius debito, quam usui, re-
seruatum generale accedere dixerimus; licet enim in
conceptu generico, et quod necessaria uitae subsidia
attinet, conueniant, in eo tamen insignis differentia
est, quod alimenta etiam fructus industriales conti-
neant; usus uero tantum naturales, industriales au-
tem uel plane nulos, uel certe non omnis generis
comprehendat. Huc etiam pertinet reseruatum cibari-
orum: er. wolle sich die freye Koſt vorbehalten haben.

Habitationi affine, uel potius ipsam habitationem
nostrum reseruatum continet, si integrum domus inha-
bitanda reseruerit, quod frequenter fieri solet, cum
scilicet inter partes de aedicula separata extruenda, et
reseruanti concedenda, conuenit. Saepius uero ali-

quando ha-
bitationi ac-
cedat.

quot tantum conclauiia conceduntur, ubi STRYCK,
us. Mod. tit. d. us. et usfr. leg. §. 9. usum magis, quam
habitationem subesse putat. Sed in alio tamen ha-
bitationem limitatam potius dicere. Cuius quaestio-
nis effectum infra excutiemus.

Vt plurimum uero der Auszug ita solet constitui,
ut, quid quantumque praefundum, in ipsa contien-
tione exprimatur, quod utique rutius est, si litibus,
dubium plerumque habentibus euentum, implicari
nolis. Vnde determinari solet, quot frumenti mo-
dii, ouorum sexagena, casei, butyri et lactis mensu-
rae, suculi, uituli &c. quotannis praestari debeant. Et,
inter hoc determinatum reseruatum maximum di-
scrimen cum usufructu et usu intercedere, facile inter
omnes constat, si attendamus, usumfructum et usum
indeterminatum quid esse; et usumfructum quidem
illimitatum fructus percipiendi arbitrium continere;
usum uero, ad necessariam et quotidiam indigenti-
am licet restrictum, caeteroquin tamen mensurae
nulli alligari, augmentum etiam et decrementum pro
ratione circumstantiarum recipere, cum e contrario
haec omnia aliter longe in isto reseruato, ita determi-
nato, euentiant. Datur etiam ius des Auszuges consti-
tuendum, quod alii in bonis, ab ipso non uenditis, con-
ceditur; in quo tamen regulariter idem, quod in re-
seruatis, obtinet.

§. III.

Constituitur der Auszug I. pactis inter emitem et
uenditorem initis, quibus in Sax. iudicallis confirma-
tio accedere debet, utpote sine qua nullum ius rea-
le constitui potest; sed ad ius reale in immobili-
bus

species des
Auszuges
frequentissi-
ma.

Constituitur
I. pactis.

bus consequendis in genere resignationem et confirmationem iudicialem exigunt. A NDR. MEYER. *Disp. d. inuestit. Sax. KLEIN.* *Disp. d. resign. judicial.* quae utraque adiecta est DN. DE BERGER *Tr. d. utilit. usuc. in prob. Domin. p. 123. n. 36. in fin. et p. 235. num. 129. et 130.* Ipse DN. DE BERGER *Oec. Jur. pag. 299. not. 2.* Et quamvis in reseruatione aliud, quam in constitutione DD. statuant, *CARPZ. P. II. C. 23. Def. 16.* idem tamen utrobique dispositum uidetur in *N. P. O. S. tit. 42. §. uoce : gerichtlich.* Illud autem per se patet, uentionis in scriptis oblatae, cui simul inserta reseruatio, confirmationem generalem pariter ad referuatum *des Auszuges* pertinere.

2. ultimis
voluntati-
bus.

3. a judice
rarius.

4. praescri-
ptione,

II. Constituitur quandoque ultimis uoluntatibus et titulo legati, in primis, ut uiduae aliquot conclaui habitanda concedantur, quae habitatio plerumque adhibita uoce *des Auszuges* uenire solet. Qui casus licet alienus a nostro instituto uideatur, cum, de reseruatione a contrahentibus facta agere, nobis constitutum sit, non tamen abs re fuerit, locis suis, quid et in hoc legato obtineat, interserere; et, si forte mentio eiusdem non facta, ratio tamen iuris in legis non contrarium postulet, quod de reseruato inter uiuos dixerimus, de legato quoque *des Auszuges* intellectum uolumus.

III. A Iudice constitui tale ius in diuidendis bonis, nihil equidem repugnaret, sed rarius tamen id forte fieri obseruatur, nisi id per modum transactionis judicialis contingat, quo tamen casu nihil nouocurrit ab iis, quae alias in reseruato obrinent.

IV. Praescriptione ad instar aliorum iurium acquiri

quicquid itidem hoc ius *des Auszuges* posse, iuris analogia non obstat. Ab acquisitione uero eiusdem, ad ipsius rei praescriptionem aspirare, reseruanti fas non est; eo ipso enim dum solum ius *des Auszuges* sibi competere adstruit, se dominum ipsius rei negat; cum, uti nemini in re propria seruitus, ita nec memoratum ius competere possit.

s. IV.

Personas constituentes et acquirentes quod attinet, ab iis, qui facultate acquirendi et alienandi gaudent, hoc ius constitui posse, non est, ut multis moneamus. Dubium tamen moueri poterat ex Mand. El. d. 12. Jul. 1681. Cod. August. Tom. II. p. 26. ubi tale reseruatum expresse uidetur prohibitum, uerb. *So begeben wir biemit, du wollest, was die Käuffer anbelanget, dasfern ein oder der andere Ambts Untertbaner wegen Alters, oder sonstigen Unvermögens halber, seinem Guthe nicht vorstehen könnte, die alienation zwar, jedoch mit keinem Auszuge, weil dadurch die Güter allzusehr geschränket werden, gesatteln.* Sed non tantum praxis quotidiana contrarium loquitur, qua eiusmodi reseruatis nihil magis frequentari uidemus; uerum uidetur facultas reseruandi satis clare concedi in alio Mand. Elec. d. 27. Jun. 1709. Cod. August. Tom. I. p. 1755. ubi in introitu hactenus moris fuisse dicitur, in alienandis bonis sibi praestationes quasdam, *einen Auszug, reseruare; et hic mos in seqq. non improbatur, sed solum de oneribus ibidem disponitur.* Ex quo non obscure patet, Serenissimum Legislatorem reseruantibus indulgere voluisse.

CAP. II.

DE

IVRIBVS ET EFFECTIBVS
HVIVS RESERVATI.

§. I.

*Numius des
Auszuges sit
reale.*

Reservatum *des Auszuges ius reale operari*, tum minus habet dubii, si cum usufructu et habitatione concurrat, cum haec species ab Imperatore ad iura realia referantur. Sed nec aliud dicendum, si singulas et quantitativae praestationes reservatae. Licit enim *l. fin. C. d. rer. perm. praescriptis verbis agendum esse dicatur*, adeoque actio realis implicite denegari videatur, proba tamen in eiusmodi reservatis distinguendum est, utrum verba in rem, an in personam concepta sint. Posteriori casu actionem realem reservanti competere, et ipsi negamus; si scil. dictum: *man wolle das Gut so hoch verkauffen, und sich zugleich bedingen, daß Käuffer jährlich zu Scheffel Korn an Verkäufern liefern solle.* At, ubi in rem obligatio concepta: *man bedinge sich aus dem Gut jährlich so viel, it. Es sollen die Inhaber des Guts obligires seyn, so viel jährlich zu praestiren*, tunc ius reale ipsa verba inferunt. Et in genere reale ius ex eo colligitur, si debitum et fundus una designatus, unde praestatio fieri debeat. Quare parum sibi constat STRYCK. *v. Mod. tit. si ag. uedig. qui §. 5. distinctionem inter censum realem et personalem admittit, et §. 7. iterum ius reale expresse negat; absque iure e-*

nim

nim reali censum realem statuere uelle, παράλογόν
ist. Quare huic nostrae doctrinae circa census in ge-
nere accedit DN. DE BERGER Oct. Jur. p. 1225.
MVLL. ad STRVV. Synt. Jur. Ciu. tit. d. contrab. emt.
tb. 26. lit. σ. not. I. et FRANZK. l. a STRYCK. cit. et
Nou. Pr. Ord. Elec. Sax. non obscure idem statuit tit.
XXXIX. §. ii. ubi cum iuribus realibus der Auszug coniun-
gitur. Incongruum et illud est, quod B. STRYCK. l. c.
haec ex principiis Juris Rom. secundum quae seruitus in
faciendo consistere nequit, oppugnat; nam complura
funt iura realia, ubi fundi possessores aliquid praesta-
re tenentur; quod ipse concedit, adeoque suam do-
ctrinam hanc iterum euertit, quando §. s. a. seruit. de
operis rusticis, a praediorum possessoribus debitibus, ita
ait: licet enim et haec facti praestationem contineant, re-
serua ramen hic praedium seruit, binc quisque possessor il-
luis praedii mibi ad operas has obligatur &c. unde uigila-
tum apud nos est: das Gutb ist dienstpflichtig, oder, es
bafften viel Dienste auf dem Gutb &c. moribus Germaniae
in effectu ad seruitutes reales referri possunt. Addit de-
inde in fin. §. cit. dari operarum obligationem ad li-
gna auehenda &c. et similia, et, si quis in foro negaret,
tales seruitutes imponi posse, cum risu exploderetur. Cae-
terum, quamvis dixerimus, distinguendum esse, utrum
uerba in rem, an in personam, concepta sint: id ta-
men sic intelligendum, si uox ipsa: Auszug, non adhi-
bita; haec enim uix aliam obligationem, quam realem,
ui deriuationis, admittit, et hoc uult, ex re uendita
aliquid eximi, referuari &c. quod obligationem in
rem conceptam sapere, cuius facile sponte sua
patet. Mand. El. infin. diff.

Refutatio
STRYCK.

§. II.

De re ipsa disponendi, aut in illa pro iubitu uer-
sandi, facultatem reseruanti, dem Auszugs-Mann, non
competere, deductione uberiori non eget, cum nec
usufructuario id liceat. Possessio uero rei in usu-
fructuarium quidem, facta traditione, transit, sed cui
tale reseruatum, quod cum usufructu, usu, uel habita-
tione idem non est, debetur, ei nec possidere, nec
in iunctu domino ingredi, nec fructus, debitos quamvis,
auferre fas est; et, si tale quid ausus fuerit, actionibus,
alias in casibus eiusmodi competentibus, tenetur.
E contrario, quae ab usufructuariis et habitatoribus
exigitur, cautio illis tantum reseruantibus incumbit,
qui cum hisce eiusdem sunt conditionis. De eo uero,
num hoc reseruatum in alium transferri possit, di-
stincte uidendum. Si ad usumfructum accedit, pro-
cul dubio locari, uendi potest, utpore quod expresse
permittitur §. 1. J. d. usu et habit. De habitatione con-
cessa idem afferendum; nec distinguendum puto, si
ue tota domus, siue aliquot tantum conclaui inha-
bitandi causa concessa sint, cum idem iuris sit in par-
te, quod in roto. Et, quamvis B. STRYCK. cit. tit.
d. usu et Vsufr. leg. §. 9. pro usu potius, quam habita-
tione, hunc casum ultimum uenditare malit, ratio ta-
men nec ab eo affertur, nec assertum hoc aliunde de-
bite probatur. Si itaque habitatori dominoque aedium
inter se non conueniat, liberum arbitror reseruanti,
illa conclaui locare, et aliorum concedere. Quod
forte ab iis, qui, desertis Juris Rom. principiis, usum
hodie locari posse, statuunt, inter quos BEYER.
posit. ad tit. d. usu et habit. ff. tb. 1. minus in dubium

uoca-

uocabitur. Imo et praestationes annuas certas in aliud transferri posse, quo minus afferatur, nihil obstat video; modo, quod res ipsa monet, terminus praestationum non ultra referuantis uitam protendatur. E contrario debitori des Auszuges licet, reseruare fundum alienare licet, neque enim annuis praestationibus, censibus &c. id prohibendi facultas uspiam in iure indulgetur. STRYCK. v. f. Mod. tit. si sit ager uectig. §. 7.

§. III.

Expensas reseruans intuitu praestationis annuae, ab emtore debitae, nullas facere tenetur; neque ratione fructuum, ex fundo debitorum, neque ulla de causa, in expensarum partem uenit. Imo nec eidem imputatur sterilitas, ut propterea ad remissionem uel totius praestationis, uel partis obligetur. Quamvis enim aliud argumento locationis initio asserendum uideatur, diuerlitatis tamen ratio sat manifesta se facile inquirentibus prodit. In emtione scilicet omne periculum et commodum statim, perfecta emtione et uenditione, est emtoris, et ille, licet nihil perceperit, tenetur ad premium exsoluendum. Iam uero in casu nostri reseruati adest emtio, uel similis titulus; unde, qui incommodum seu periculum ipsius rei sustinet, multo magis damnum in fructibus accidens sentier. Nec ad rem facit, quod debitor interitu rei liberetur; nam illa regula tunc solum, si species seu certum corpus debeat, ualeat; ad casum uero, ubi quantitas, seu genus, debetur, nequaquam extenditur. Atqui huc reseruatum nostrum pertinet, Ser-

Numne res
cre ob sterili-
tatem re-
missio des
Auszuges
potuletur?
Dist. inter
quantitatem
annuam;

afum fru-
ctum

mo itaque nobis est de quantitate frumenti &c. certa debita. Aliud in usufructu uel totius fundi, uel agri alicuius, reseruato, nam in hoc expensas fructuum et sterilitatem quancunque usufructuario nocere, dubio caret; sicuti praeterea et usufructuarius et habitator ad expensas refectionis modicas obligantur,

§. IV.

Quid de ex-
pensis in
rem aut fra-
etus factis?

In primis si
aedicula re-
cens extru-
cta,

Caeterum expensas si quas alias in rem ille, cui reseruatum debetur, fecerit, earundem nullam restituitionem deberi arg. l. 15. pr. ff. d. usufr. uerb. sed, si quid inaedificauerit, postea cum neque tollere hoc, neque refigere posse; refixa plane posse vindicare, afferendum uidetur. Verum magis tamen est, ut, quas necessitate compulsus magnas refectionis causa fecerit, eidem restituuntur, et l. cit. primo ad expensas non necessarias, atque in rem, de nouo extractram, factas; deinde ad casum, ubi sine uitio fundi res tolli nequit, restringatur B. STRYCK, usf. Mod. tit. d. usufr. §. 6. Add. DN. DE BERGER Oec. Jur. p. 321, not. 7. Vnde jam decidi potest quaestio, num expensas repetere queat reseruans, ejusue haeredes, si ille separatam aediculam in fundo uendito extraxerit. Sane cum usufructuario de nouo aedificanti nec simpliciter tollere, quod posuit, licet, tollere autem ei solum permittatur, cui nullae expensae debentur, adeoque tollere minus sit, quam expensas repetere, neque reseruans has repetere potest; conf. l. 37. ff. d. R. V. cum, melioris conditionis praे usufructuario, non appareat, quomodo esse posit. In qua etiam causa tunc est, si statim initio contractui haec lex dicta est, ut licet sibi casam extruere, habendi gratia. Neque enim hic ab eratore ad aedicandum sumptus suppeditantur; nec, mortuo reseruau-

uante restituuntur. Non suppeditatur, quia, si tale quid ab emtore praetendit uendor, clarus loqui potuit et debuit. Atqui contra istum, qui potuit clarus dicere, sit interpretatio l. 39. ff. d. pact. Non restituuntur; quia actio deficit, et neque negotiorum gestorum agi potest, quia suum potius, quam emtoris, negotium reseruans gesit; neque alia indulgetur, cum scienti, aedificiū solo cedere, posse objici culpa, quod aedificauerit, neque de expensarum restitutione pacto sibi prospexerit. Tenentur itaque haeredes, finito reseruaro, aedes absque repetitione expensarum derelinquere. Denique cum iupra, etiam uaccam ut liceat habere, constitui saepius solere, dixerimus, jam quaeritur, num pabulum ex fundo a possessore sit iuppeditandum. Sed decisio ex eodem loco np. §. 2. Cap. prae. ced. facilis peri potest. Nempe, pro usufructuario reseruantem intuitu uaccæ haberi, ibidem monitum est; At qui hunc ad expensas fructuum reique modicas, nec ad perpetuam ejus utilitatem duraturas, teneri, omnes contentiunt. Non itaque aliter, quam si expresse de suo emtor alere promiserit, ex fundo aut propriis, aliquid suppeditare tenetur.

§. V.

Ad onera reseruans, si usum fructum rei alienius referuarit, omnia illi cohaerentia obligatur, sive sine ordinaria, sive extraordinaria, modo non fructus ex superent. Si partem quotannis reseruarit, pro hac teneatur. Si usus uerbis expressis, quod tamen rarius forte fit, reseruatus fuerit, rum vulgata distinctio, obtinet, num omnes fructus absunt uarij, ornamenque rei utilitatem solus percipiat, uti fere in aedibus

Vacea reser-
vata, quis
pabulum
praester?

12. auerse
Pausinop

Onera quæ
incumbant
dom. Ausa-
zags-Mann?
d. st. circa
realia, inter
usum fru-
ctum, qua-
ritates an-
nias &c.

usu-

usuariis contingit, sic ad omnia quoque onera, instar usufructuarii, obligatus esse, recte dicitur; an in fructibus percipiendis cum domino concurrat, sic aequaliter utriusque estonus; an denique, deducto usu, maxima tamen utilitas penes dominum resideat, et iste solus tenetur. At si cibaria, die Kost, uel *einen Auszug* indefinite, uel certam quantitatem annuam reseruari uendor, nulla onera neque intuitu rei, neque ratione fructuum sustinet. Quod enim ad alimenta attinet, nullum alumini onus est, ad STRVV. Synt. MVLL. Exert. 35. b. 68. lit. B. n. III. Et quantitatis annuae reseruatio proxime ad censum accedit, de quo simplius citer, absque onerum deductione, praestando nullus se-re dubitat. Aliud dicendum de oneribus et tributis personalibus, ad quae utique reseruans, neque pro ipso tenetur, er quibus?

De oneribus personalibus ipse reseruans. Sed siquidem aediculam separatam inhabitet, pro casario (*Häusler*) habetur, et onera hisce incumbentia subire tenetur; si uero etiam cum proprietario inhabitet domum, inquisitus (*Haussgenosse*) indicatur, et onera ab hisce praestanda suscipere compellitur, quod expresse ita disponitur in Mand. Elect. d. 27. Jun. 1709, Cod. Aug. T. I. p. 1755. uerb. *dass im Zukunfft alle diejenige, welche ihre Güther an die Kinder, oder fremde, überlassen, und sich gewisse Häussergen auf solches Grund und Boden aufzubauen, in Abgaben und Fronen als Häusler; diejenige aber, so keine Häussergen aufzubauen, sondern nur aus dem Guthe die Auszüge genießen, als Haussgenosen tractiret werden sollen.* Ratione praestationum clericalium distinguitur in Gener. art. d. 8. Mai. 1557, Cod. Aug. T. I. p. 454. tit. ze-
ben

bend und andre Pfarr Einkommen, num eodem igne cum possesso re utantur die Auszugs Leuthe; si non; iubentur numnum casarium den Häusler Groschen, siue 18. nummos pastori et 6. nummos ludimoderatori von jeder Feuer Städte praestare; quam communionem foci et ignis accipiunt de eodem coniunctu, ut, si hoc utantur, wenn sie aus einer Schüssel essen, immunes pronuncientur a praestatione dicti grossi; tunc uero obligentur, si separata ipsis sit oeconomia, licet eodem igne ad cibos coquendos uantur. B. HORN. disp. de praestat. paroch. Cap. VIII.

CAP. III.

DE

MODIS AMITTENDI RESER-
VATVM.

§. I.

Amittitur der Auszug I. morte naturali, scilicet reseruantis, seu creditoris, non debitoris; quod auti eo casu, si alimenta, uel annum quid legatum, uel etiam, si ad uitam reseruantis reseruatum sit restrictum, dubio caret, STRVV. Synt. Jur. Ciu. Exerc. 35. tb. 69. expresse quippe ita disponente l. 8. §. 10. inf. d. transact. et l. 14. ff. d. ann. legat. ita e contrario circa reseruatum, inter uiuos constitutum, res dubiis insignibus urgetur. Primo enim in contractibus non nobis solum, sed et haeredibus, paciscimur; deinde expresse in l. 10. §. 1. ff. d. V. O. annum promissum, non uti legatum, morte finiri dicitur. Atqui, annum hic subesse, res ipsa loquitur. Verum enim uero, quamuis,

Amittitur
der Auszug
morte reser-
uantis.

C

an

annuum ad haeredes regulariter transfire, largiamur, id tamen limitandum ducimus, si aliud ex circumstantiis actum appareat. Tale quid autem aliud in praesenti casu actum intelligi, patet ex eo, quod reseruans sibi potissimum de alimentis, dum uiueret, prospectum uoluerit; adeoque res in contractum uitalitium recidit, quem morte finiri, translatitium est. Deinde eiusmodi annuae praestationes tantae plerumque sunt, ut, si ipsius rei pretium uerum ex una, et, quod deducta praestatione ac impensis supereft, ex altera parte computes, nullam saepius proportionem inuenias. Accedit, quod juxta communem aestimationem annuae praestationes majoris in uenditionibus ab emtoribus aestimentur, quam primo intuitu aestimandae uideantur; quia interest, fundum omnibus modis liberum habere. Quae omnia, onus perpetuum esse, contrahentes noluisse, euincunt. Non tantum itaque in iusfructu, habitatione, legato

Sine distin-
ctione,

des Auszuges etc.

sed in genere, et tunc quoque, si cer-

ta

quantitas

annua

ex

contractu

debeatur,

morte

re-

seruantis,

des Auszugs-

Manns,

referuatum

extingui-

puto.

Add.

BRVNN.

ad l.

22.

ff.

d.

Uusfr.

leg.

Neque,

quantum

mihi

quidem

constat,

aliud in

praxi

seruatur.

Duobus ea-
dem quanti-
tate loco des-
Anguges
debita, num
uno mortuo
alteri soli-
dum debeat-

nua, als ein Auszug,

debeatur,

utrum, uno mortuo,

alteri superstiti tota, an dimidia, debeatur.

Saepe e-

nim coniugibus ambobus, senio confessis, tale ius con-

stituitur;

unus moritur:

alter solidum petit,

quaeritur,

num de iure petat.

Ratio dubitandi est ex rit.

ff.

d.

Uusfr.

accresc.

in quo disponitur, mortuo uno, usum-

fructum

cousufructuario

accrescere.

Sed primo re-

nen-

nendum et notum est, ius accrescendi in negotiis inter uiuos gestis cessare, adeoque, si ususfructus per pacta solum constitutus, frustra ad memoratum ius prouocari. Praterea nec in usu & alimentis iuri accrescendi locus est. 4. 57. in fin. ff. d. usfr. D.N. DE BERGER occ. Jur. p. 326. n. 4. Satis enim incongruum est, simplicibus ante alimentis contentum fuisse, et nunc quasi pro duobus edere uelle. Sed hunc, ut de alimentis prospiciatur, primarium reseruati finem esse, ante iam euicimus, ut itaque nullo iure, ad defientis alterius portionem aspirare, superstiti liceat. Neque hunc iuuandum puto, si dicat, sibi dimidiatae promissae annuae quantitatis portionem non sufficere, et paratiorem fuisse duorum conuictum. Imputet enim sibi reseruans, quod aliam conuentionilegem non dixerit. Parentibus tamen, si quantitas illa minus sufficiat, indistincte, etiam extra casum reseruati, alimenta ipsa lege Naturae deberi constat, ubi tamen, si plures adsint liberi, ob aequalem omnium obligacionem, omnes contribuere tenentur. Habitatio uero, duabus concessa in aliquibus conclaubis, a superstite solo recte continuatur, neque habitanti inuito, adiunctione contubernialis, a proprietario incommodari potest. Cum itaque reseruatum hoc non transeat in haeredes, porro quaeritur, quid de quantitate, ultimo anno debita, sit habendum? Siquidem ea species reseruati, quae cum usufructu concurrit, defuncto competuerit, res est in uado, atque decisio ex omnibus compendiis, pluribus de fructibus, ante perceptionem non acquirendis, item distinctione Juris Sax. inter fructus naturales et industrielles, tractanti-

Sine distinctione inter ultimas voluntates et pacta.

C 2 bus

Cui uieszug ultimi anni debeatur?

Dicit. inter

usufructum,

etum,

er quantita-
zem annu-
m

a quo tem-
pore in hac
annus com-
putetur.

bus, peti potest. Habitationem quoque morte habitantis pro rata temporis, quo habitauit, expirare, prolixa probatione non eget. Annua uero praestatio, jährl. Auszug, debetur in principio anni, quod generaliter, etiam in promissis quibuscumque annuis debitibus, DD. afferunt, idque ex l. 56. §. 4. ff. d. V. O. colligunt. Vnde, si sub initium anni mortuus reseruans, der Auszugs-Mann, fuerit, dies iam uenisse censetur, et quantitas illo anno debita praestanda uenit. Anni hoc initium non a Calendis Ianuariis, sed a tempore contractus celebrati computandum est, quod satis clare patet ex l. cit. 56. §. 4. ff. d. V. O. uerb. confessim. Limitatur tamen assertio nostra, quod dies sub initium anni uenisse intelligatur, in casu, ubi uel conuentio, uel natura rei, puta, cum de fructibus portio promittitur, alium terminum praesistuit, et tum pro rata temporis, quo reseruans uixit, praestations illae debentur. CARPZ. P. III. Conf. XVI. Def. 3. 4. Neque est, ut hactenus expositis opponas praxin quotidiana, qua emtores, pretium distinctis terminis se exsoluturos esse, promittentes, non, nisi elapo anno, recte conueniantur, ut male a nobis aliud circa reservatum statui uideatur. Diuersa enim sunt, annua debita, et in annos tantum distributa. Annuum debitum fauorem creditoris respicit, et plerumque eo pertinet, ut ipsi de alimentis prospectum sit; atqui non uinitur in praeteritum; sed futurum. Id uero, quod in annos diuersos distribuitur, debitum, fauorem debitoris concernit, ne ille nimium onereatur, unde nec sub initium, sed finem anni debetur, STRYCK.

ad Laut. tit. de past. uoc. enjusque anni. MOLLENB.
Thes. Jur. Civ. p. 155. num. 126.

§. II.

Morte ciuili, seu hodie banno Imperiali, amitti usumfructum, satis quidem constat ex §. ult. J. d. Usufr. H. Morre ciuili, et qui-
uerum hoc reseruatum propter alimenta quippe, uti bus in cass-
communiciter fit, constitutum, non amitti iuris analo-
gia suggerit; cum alimenta, morte ciuili licet eueni-
ente, nihilominus praestanda esse, statuant, arg.
l. 17. ff. d. poen. MVLL. ad Struu. tit. d. alim. tb.
69. lit. B. n.j. quibus clare accedit l. 10. ff. d. cap. min.
Morti uero ciuili per omnia non conuenire fu-
stigationem, perpetuae relegationi coniunctam, ex eo
constat, quod olim mors ciuilis amissionem et publi-
cationem bonorum inferret, hodie e contrario susti-
gatis per procuratores negotia sua tractare fas sit.
Deinde nec habitationem amitti morte ciuili dicit l.
1.10. pr. ff. d. Us. et hab. quare et idem de reseruata habi-
tatione procul dubio afferendum.

§. III.

III. Remissione sue expressa, sive tacita, ins reser-
uati tollitur. Expressa continetur in pacto contra-
rio. At nodus in eo uidetur latere, quod dixerimus,
loco alimentorum esse nostrum reseruatum; Sed de
alimentis transfigi, sive contraria iisdem pacta iniri,
non posse, omnia compendia tradunt. Verum non est,
cur nos hic torqueamus, ipsa l. 8. §. 2. ff. d. transact.
quae est sedes huius materiae, prohibitionem ineun-
dae transactionis ad alimenta, mortis causa relicta, re-
stringit, & in reliquis facultatem transfigendi conce-
dit, atque sic omnem scrupulum nobis eximit. In

III. remissio-
ne expressa.

C 3

lega-



uel tacita.

qualis praescriptio in
referuato
desluzugs
locum ha-
beat?

quid in ha-
bitatione

legato uero des Auszuges, alimentorum causa relicto, transactioni absque Praetoris auctoritate locum non esse, facile concederim. Tacita remissio continetur in praescripta exactione, siue intermissione exactio- nis per tempus praescriptum; sola uero eius, quod praesente anno debetur, petitio non infert renuncia- tionem tacitam ratione praeteritorum. Caeterum de praescriptione diuersae DD. sunt sententiae, utrum una praescriptione omnes annuae praestations, ex contractu inter uiuos debitae, extinguantur, an illae so- lum, quae intra iustum tempus non petitae, peti am- plius nequeant, saluis tamen reliquis. De Jure Sax- per P. II. Conf. II. res certa et ita definita, ut, una praescripta, reliquae omnes & futurae expirant. De iu- re uero communi per l. 7. s. ult. C. d. praescript. 30. ann. contraria potior uiderur sententia, ut futuris nullus temporis lapsus, quo priores praescripti sunt, obstet. Dicitur enim ibidem rei emphyteuticae dominium, scil. directum, non acquiri emphyteutae ullo temporis praetextu. Quod idem est, ac si diceretur, canoni futuro non obstare praeteritorum annorum lapsum; cum ex canone emphyteusis praecipue aestimetur, et, hoc cessante, ipsa emphy- teusis cesseret. Neque contra praescriptionem recte obuertitur, exactas praestations non esse, &c, his non exactis, nec praescriptionem obstare. Nam id uerum quidem est in operis rusticis, quae non, nisi in- dictae, debentur, adeoque nec, nisi ab indicatione & denegatione, praescribi possunt; aliud e contrario in annuis debitis dicendum. DN. WERNHER Vol. V. Obs. 313. p. 573. Caeterum illud singulare in habitatio- ne,

ne, ac notorium quoque, quod praescriptione non admittatur, per l. cit. 10. pr. ff. d. Vf. et habit. Itaque, si reseruatum cum habitatione concurrat, eodem procul dubio iure gaudet, ratione tamen praeteriti temporis utique armisa censetur habitatio. DN.
WERNHER. Vol. VI. obs. 89. p. 146.

§. IV.

IV. Rei interitu, ex qua Reseruatum debetur; sublata enim re ipsa, tolluntur accessoria & iura rei inhaerentia. Sic hypotheca, re oppignorata peremta, cum illa perit; seruitus in re competens una extinguitur. Vbitamen maxime uidendum, an cum usus frumenti & habitatione coincidat hoc reseruatum. Sic enim, quandoque etiam parte solum peremta, reseruatum perit, si scilicet pars homogenea sublata, et heterogenea tantum, seu diuersi nominis, remansit; v. g. in domo habitatione constituta, & area sola conservata; ista enim dominus non amplius audit. §. 3. I. de ususfr. Et, cum, neque domo restituta, restituatur ususfructus aut habitatio l. 10. §. 7. ff. quib. mod. ususfr. amitt. neque istam amplius reseruanti deberi, uerior uidetur sententia. Quamuis enim reseruatum habitationis sit quasi surrogatum pretii, et premium, re quoque peremta, debeatur; atque idcirco uel ad domum restituendam, uel habitationem aliam procurandam, uel certe in domo restitura de nouo concedendam, emtor compellendus uideatur, non tamen haec habitationis in locum pretii surrogatio rei naturam mutat. Quin potius sciens, aut scire debens, habitationis indolem, & nihilominus illam simpliciter, non adiecit in casum interitus conditione, stipulans, in ius communne, quod de habitationibus scriptum est, consens-

-na ni hinc
-nusq; sua
-temis

distinctione
seruata inter
diuersas
species, et in
his, inter
partes ho-
mogenaeas
atque here-
rogeneas.

sensisse censetur; sibique imputare reseruans debet,
quod non clarus locutus sit. Vnde ita quoque pro-
nunciatum fuisse in Fac. Jur. Vit. testis est DN.
WERNHER. *Enarr. 317. p. 628.* Aliter uero se res
habet in reliquis praefationibus, ab usufructu et ha-
bitatione diuersis, reseruatis; illae enim debentur, etiam
parte rei heterogenea solum superstite; nam in
oneribus quibuscumque realibus id regulari-
ter obtinet. Exemplo sit hypotheca *I. 21. ff. d. pigno-*
att. Conf. de censu FRANTZK. Lib. I. Res. 1. n. 13.
seqq. MVLL. de reditu ad Struu. Synt. tit. d. Vjur. t. b. 60.
lit. a. n. VI. In totum uero re sublata & praefationes
cessant annuae. Nec obstat, quod duplex adesse ui-
deatur obligatio, realis & personalis, &, ubiquecumque
hoc euenit, re licet sublata, tamen personalis per-
duret, uti in hypotheca euenit; dubium scilicet non
est, pignore licet perempto, nihilominus debitum ex-
soluendum esse. Id enim tunc solum recte affirmat-
ur, si diuersa adsint fundamenta, diuersaeque obli-
gationes ac conventiones; at ubi ex fundo aliquid
promittitur, arctissimo promissum & fundus cohae-
rent nexus; neque ex fundo, qui non amplius extat,
dici potest, praestandum aliquid esse. Sed dices,
quid multis de casu uix unquam extituro, de in-
teriori scilicet praedii alicuius integri, disceptatur,
fieri enim uix potest: aut certe, si, chasmate id
accidere, supponas, multis uix seculis auditur, ut
integer fundus absorbeatur. Concedimus quidem id ita

quando cer-
to modo
fundus per-
hile censem-
atur?

se habere, sed et fundus tunc periisse censetur, si in
eum statum deductus, ut eo uel plane non, uel non
longo amplius tempore utiliceat. *MVLL. ad Struu. Synt.*

Exert.

Exerc. 27. tit. d. usur. tb. 60. lit. a. n. V. Quo pertinent perpetuae inundationes, hostiumque incursus Dominos suis sedibus efficientium, modo hic nulla possessoris culpa adsit, neque damnum in fructibus perceptis acciderit. M E V. P. IV. Dec. 402. Denique cum de vacca in fundo alenda in superioribus monuerimus, saepe pactum iniri, hic addendum, si aliam sibi reseruans comparare uelit, morte prioris neutquam ius reseruati tolli; quamdui autem hoc non factum, neque pabuli pretium debetur; utpote quod pactorum strictae interpretationi non conuenit.

vacca extin-
cta, alia
substitui
potest,

§. V.

Hi sunt potissimum reseruati huius finiendi modi. Ob non solutam uero praestationem debitam intra annum, biennium, uel triennium neutquam fundo priuatur possessor. Quamvis enim in emphyteusi tale quid constitutum sit, id tamen, ob diuersitatem utriusque manifestam, ad alias praestationes ex fundis non pertinet. Vnde idem quoque, quod modo diximus, constitutum est P. II. Conf. El. 39. Sed si praestanda non praestata, actionibus competentibus experientur, de quibus in seqq.

Num ob
praestatio-
nes non so-
lutas pri-
uatur possessor.

CAP. IV.

DE ACTIONIBVS INTVITV RE-
SERVATI COMPETENTIBVS.

§. I.

Pro reseruato hoc persequendo actionibus, alias in D cafi-

actio: confessoria et negatoria utilis.

Si, annui mentione; non facta, rescriuatum constitutum num pro rati habendum?

A pluribus debeat referuntur?

casibus & iuribus similibus competentibus, locus est. Vnde pro ipso iure reseruati afferendo utilem confessoriā, & eodem negando, negatoriā concedere nulli dubitamus. Praeterea, remediis possessoriis locum esse, faciles largimur. Competunt dictae actiones, si non ad unum tantum annum restrictio facta, pro petendo reseruato in perpetuum, dum uiuit reseruans. Videtur equidem res dubiis non carere, quod ex trita regula contra illum, qui clarius loqui potuit, interpretatio, & deinde haec strictissime fit facienda, adeoque, si quis dixerit: er volle sich einen Auszug von 10. Scheffel Korn &c. vorbehalten haben, uidetur saltem de primo anno sensisse. Verum haec uox: Auszug ipso communi loquendi usū nihil aliud, quam annuum, innuuit. Ad stipulatur huic pretii, quam alias esse debebat, quantitas longe minor; et ipse finis reseruati supra expositus hanc sententiam confirmat. Et, cum quandoque fieri soleat, ut pluribus fundus una uendatur, propter correalem quidem obligationem in solidum singuli tenentur; sed, ne tamen ob competens iisdem beneficium diuisionis confusio oriatur, peti potest, ut alternis annis a singulis satisfiat, ex sententia Carpz. Lib. IV. Resp. 62. n. 7. Verum cum in realibus actionibus beneficium diuisionis cesseret, arg. l. 2. C. si un. ex plur. baered. neque id opus esse, sed contra singulos recte in solidum agi, uidetur.

S. II.

Exactio sit, ut possessores, qui nunc sunt, de reseruato praestando conueniantur. Possunt tamen et priores

priores possessores, licet non amplius possideant, ob debita ab ipsis contracta, conueniri, M^{EV.} P. VI. Dec. 316. Tempus instituenda actionis est cuiuslibet anni initium regulariter; uel, si potenter intersit, non si etio inservit solui pro toto anno, ut puta, si res aetatem non endatur? peti potest, ut cuiuslibet mensis aut septimanae initium terminus exactionis statuatur. Quodsi tamen id, quod debetur, certo tantum anni tempore in fundo habeatur, de eo potius sensisse contrahentes cententur; idcirco etiam frumentum ante messem regulariter non debetur. Caeterum, ne singulis annis noua exactione opus sit, potest quis in libello petere, ut non tantum praesentis, uerum etiam futurorum annorum, praestatio adiudicetur. Nec obstat, quod regulariter, antequam dies uenit, agere non liceat, nisi quis plus petuisse haberu^t uelit. Id enim tunc solum uerum est, si quis, ut iam soluatur, petat; aliud itaque, si, ut suo tempore soluacio fiat, petitum sit. Quo facto, nulla plus peritio committi intelligitur, ete contrario ex sententia parata est executio; que, nisi tale quid in eadem contineatur, uariis eludi effugius posset. GAIL. Lib. II. Obs. 74.

§. III.

Caeterum, si debitor in mora praestandi fuerit, tum praeteritae non tantum praestitiae praestationes recte petuntur, praestatio sed etiam interesse, quod iuxta pretium, quanti plurimi res praestanda a tempore morae fuerit, aestimandum. In legato des Auszuges dies uenit et cedit ratione primae praestationis ab adita haereditate, non ante; id dies in legato cedit ab adita haereditate.

D 2

enim ditate.

ideo nec de
tempore an-
te aditam
haeredita-
tem elapsa.
liquid debe-
tur.

aum lega-
tum des
Auszuges /
etiam non a-
dita haeredi-
tate, debea-
tur.

enim in usufructu exprestè constitutum; & quia der
Auszug ad haeredes non transit, adeoque nec opus
est, fauore ipsorum ante diem cedere, facile appetat

in hoc conuenientia reseruati, des Auszuges, cum usu-
fructu. Denique sunt, qui statuunt, etiam non adita
haereditate, legatum alimentorum deberi. Vid. MVLL.
Auszuges / tit. de alim. leg. Exerc. 35. tb. 66. lit. y. n. II. ut idem in
legato des Auszuges dicendum videatur. Istam ta-
men doctrinam oppido falsam, nullique genuino fun-
damento innixam, puto; cum, destituto testamen-
to, legata qualiacunque deberi, in iure nullibi dispo-
sitione sit.

S. IV.

Denique, cum, actionibus institutis, concursus
saepius moueri soleat, de eo disquirendum, quomodo
locari debeat ius reseruati. Et quidem, quod ipsum ius
ius des Auszuges in concursu quemodo locandum?

des Auszuges attinet, illud per subhastationem neutiquam
extinguitur, verum tanquam onus reale rem afficit,
& in quoscunque emtores, etiam post subhastationem,
transit, neque tunc, si in subhastatione nulla
huius iuris mentio iniecta, expirat, DN. WERN-
HER. Obs. sel. Vol. VII. p. 244. In modo uero, quo
res agi debeat, non una erat DD. sententia. Alii e-
nimir quantitatem certam ex massa separabant, unde
in posterum satisierer reseruanti dem Auszugs-Mann;
idque indistincte, siue in subhastatione reseruati men-
tio iniecta, siue non; ali, simpliciter fundo hoc ius
cohaerere, & ab emtore suscipiendum, statuebant;
Alii denique distinctione rem terminabant, utrum in
subhastatione mentio facta fuerit reseruati, annon; et
hoc

hoc casu fundum quanti minoris aestimandum, tantumque de pretio ab emtore detrahendum, iudicabant. DN. WERNHER l. c. Sed iuxta Nov. Pr. ord. Sax. tit. 39. §. 11. indicari iubentur haec reseruata in schedula subhastationis, & per subsecutam interpretationem authenticam in Mand. Elec. d. 28. Febr. 1726. ad Facult. Jurid. Lips. emissi, constitutum, ne aliquid a massa separetur, sed reseruatum cum re ad emtores transeat. Vbi tamen, si iuxta praescriptum cit. Nov. ord. et Mand. omessa fuerit mentio reseruati, quaeritur, annon tunc quanti minoris aestimationi locus sit. Sed uidetur potius eo casu, ob negligetiam legis dispositionem, nulla & reiteranda esse subhastatio. Quod uero residuas ex prioribus annis praestationes concernit, constat, censui reali priuato in locatione creditorum locum in prima classe assignari B. MENCKEN. Proc. tit. 42. §. 20. p. 697. B. BRVNN. de Proc. Conc. Cred. p. 87. n. 20. atque his censibus eiusmodi praestationes des Auszuges accendendas esse iudicamus.

praestationes
residuas
des Auszugs
qua classe
exsoluenda?

§. V.

Caeterum, cum Mandati Régio-Electoralis d. 28. Febr. 1726. emissi, saepius mentionem fecerimus, peacterea sententia nostra, de confirmatione necessaria, et iure reali, quam §. 3. v. 1 Cap. I. et §. 1 C. II. proposuimus, expresse in eodem confirmetur, illud hic apponemus integrum.

P. P.

Wir haben Uns geziemend vortragen lassen, was auf Unsere an euch vom 29. Jan. verwichen hin erhellt.

ertheilte Verordnung / ihr in Peter Lehmanns zu
Gallshütz Subhastation - Sache , sonderlich des von
von George Lommahschen , in dem Gute praezendirten
Auszuges , und von euch dieserwegen gesprochenen Urtheis ,
auch darinnen ausgesetzten Capitals halber am 11. Febr. dar-
auff mit Beyfügung derer Rationum decidendi , anhero
berichtet ;

Nachdem aber Unsere erläuterte Process - Ordn. Tit.
XXXIX. §. 11. klare Maasse giebet , daß die Auszüge denen
Seruituribus , und andern oneribus realibus , so per subha-
stationem nicht expiriren , gleich zu achten , und deswegen in
dem Subhastations Patente absonderlich mit anzugezen ,
und wir den Schul - Verwalter in denen Vol. sub. Q. fol.
40. und 69. befindlichen Rescriptis bereits darauff gewies-
sen , der Verkauff auch fol. 21. darinnen der Auszug bedun-
gen worden / gerichtlich confirmiret , und es der Referua-
tion einer Hypothec dasey nicht gebrauchet ic.

So haben wir an den Schul - Verwalter zu Meissen ,
nach der Beylage , rescribiret , und begehrten hiermit an euch ,
ihr wollet euch in Zukunft darnach achten . und den Auszug ,
wenn der Contract , darinnen derselbe vorbehalten , gerichts-
lich confirmiret , gleich denen Seruituribus , und denjenigen
oneribus realibus , welche per Subhastationem nicht erlö-
chen , ansehen . Mochten es euch nicht bergen , und geschiehet dar-
an Unsere Meinung . Datum Dresden am 28.

Februarii Anno. 1726.

F I N I S

CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

CAPVT I.

De Natura, constitutione et acquisitione
des Auszuges.

- §. I. Quid sub uoce des Auszuges intelligatur.
§. II. Variae species eiusdem. Conuenit enim interdum cum usufructu, iterum cum alimentorum debito, porro cum habitatione, denique species frequentissima cum censibus realibus priuatis, ut quotannis certae præstationes ex fundo siant.
§. III. Constituitur 1. pactis; ubi ad ius reale transferendum confirmatio judicialis necessaria. 2. ultimis voluntatibus 3. rarius a iudice. 4. præscriptione acquiri, non repugnat.
§. IV. Personae constituentes et acquirentes ex regulis communibus iudicantur. Dubium ex Jure Sax. Elect.

CAP. II.

De iuribus et effectibus huius reseruati.

- §. I. Num ius reseruati sit Reale,

Refutatur Stryck. Add. Mand. Elec^t, in fin. Diff. adiectum.

§. II. Num possessio penes reseruantem remaneat? an cautio praestanda? locatio aut cessio nullita? an debitori liceat rem, ex qua der Auszug debetur, uendere.

§. III. Num recte ob sterilitatem remissio des Auszuges postulatur? Diff. inter quantitatem annuam et usumfructum.

§. IV. Quid de expensis, in rem aut fructus factis; in primis circa casam recens extructam. Vacca reseruata, quis pabulum præset?

§. V. Onera quae incumbant dem Auszugs-Mann? Diff. inter realia, et personalia; ad haec obligatur, non illa, nisi certis in speciebus des Auszuges.

CAP. III.

De Modis amittendi Reseruati.

§. I. Amittitur 1. primo morte naturali reseruantis, non debitoris, sine distinctione, inter species reseruati diversas debi-



353.

debitum ex contractu, vel ultimis voluntatibus. Nec, duobus quantitate certa, sicut eius Auszuges, debita, uno mortuo, deficentis portio superstitioni quaeritur. Quid in habitacione duobus competenti? Cui Auszug ultimi anni debetur. Dist. inter usumfructum et quantitatem annuam; in hac a quo tempore annus computetur.

§. II. 2. De morte civili quid bendum? item de habitatione?
§. III. 3. Remissione expressa et tacita. Qualis praescriptio in reservato des Auszuges locum habeat? Habitatio amittitur ex tempore praeferito, non futuro.

§. IV. 4. Rei interitus; distinctione habita inter species diversas, et qua usumfructum inter partes homogeneas et heterogeneas. Quid de annua quantitate? quando fundus perisse censatur. Vacca extincta, num alia substitui possit.

§. V. num priuationi ob praestationes non factas locus sit.

CAP. IV.

De actionibus intuitu reseruati competentibus.

§. I. Actio datur confessoria et negatoria utilis. Si in constitutione reseruati non dictum, annum esse debere, num tale petetur. Si plures debeant reservatum.

§. II. Quando actio instituenda. Caucela: ut petitum, etiam de futuris annis, inscratur libro.

§. III. Præteritae praestationes quomodo petuntur. Num legatum des Auszuges, etiam non ad ita hereditate, debeatur.

§. IV. In concurso circa reseratum dist. inter ipsum jus et stud ad omnes possessores transfit: et praestationes annuas residuas; bac in prima classe locantur.

• ♫ (o) ♫ •




Wittenberg, Diss., 1727 Sp-2
X 237 1928

ULB Halle
007 495 064

3







Farbkarte #13

B / G.

ATIO IVRIDICA
DE
SERVATO
VULGO
Wesung
QVAM
PRAESIDE
CFRIDERICO
RNHERO D.
ASSESS. EXTRAORD.
EMIA VITEMBERGENSI
MAI M DCC XXVII
TORIO JCTORVM
VENTILANDAM PROPONET
RICVS GROETTNER
ORGAVIENSIS.
VITEMBERGAE
IANI ZIMMERMANNI ACAD. TYP.